



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

61. An ad absolvendum moribundum sit sufficiens notitia mediata, quæ ex
testibus mediatis proveniat. Et an in supradicto casu, seclusa omni
attestatione testium possit Sacerdos illum moribundum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

adducti, ut vult glossa in c. 8. *caus.* 26. q. 6. loquantur solum de absolutione à censuris, gratis dicitur, quia primò ibi nulla fit mentio censurarum, sed loquuntur generatim de omnibus, qui ex infirmitate subito obmutescunt; qui non nisi temerè possunt generatim præsumi esse censuris ligati. Secundò Canones illi comparant hanc reconciliationem cum Baptismo; ergo loquuntur de vero Sacramento. Tertio loquuntur de reconciliatione, quæ requiritur ante sumptionem Eucharistiæ; quæ respectu eorum, de quibus dubitatur, an sint in peccato mortali, debet fieri per susceptionem Sacramenti Penitentia. Quartò, quia si in hoc ita Concilia, & Patres interpretantur, nescio quo pacto ex illis Sacramentum Penitentia probavimus.

11. Ad tertium argumentum de Romano Rituali respondet fusc Coninch in *responsione contra Coquetium*, n. 38. ubi probat ex Bulla Pauli V. illi Rituali præfixa, fuisse editum cum consultatione Cardinalium, & ex autoritate Apostolica typis prodidisse.

12. Ad quartum argumentum de rephonione Clement. VIII. facta 1608. die 16. Aprilis, adducit ejus exemplar Coninch *ubi supr. post n. 61.* ex Epistola illi data ab Archiepiscopo Armacano sub die 6. Junij anno 1624. Et quamvis Pontifex, privatim interrogatus, hoc responsum dederit, nec per id, ut Pontifex aliquid, cui omnes teneantur assentiri, definitur intenderit, firmiter tamen probat, id quod eo probare præcipue intendimus, scilicet, illum eamdem decreto nullo modo comprehendendi; ipse enim optimè mentem suam, quid in illo suo decreto damnare intenderit, scire potuit. Igitur remanet satis firmata nostra sententia ex autoritate Conciliorum, Canonum, responsionum, Pontificum, & ex validissimis rationibus, quas tot DD. asserunt, & sequuntur; unde valde miror Coquet, *ubi supr. in dissert. de confessione per litteras* c. 10. n. 40. docuisse illam in praxi non esse probabilem; sed pro explicatione hujus sententia aliud dubium erit etiam explicandum. Queritur igitur.

RESOL. LIX.

Quot testes in supradicto casu debeant testificari Confessario de signis contritionis moribundum, vel quod confessionem petierit?

Et an oporteat testem esse Christianum, aut infidelem, vel hæreticum, &c. Ex p. 2. tr. 3. Ref. 5.

§. 1. Videtur prima facie respondendum, plures testes necessarios esse ex Concilio Carthaginensi IV. c. 76. & ex c. 15. q. 26. q. 6. ibi, *de testimonio, qui eum audierunt*, & ex Concilio Aragonico I. c. 12. & ex c. qui recedunt 26. q. 6. ibi, *testimonium aliorum verbis habet*; & ex Leone Papa Epist. 89. ibi, *testimonia eis fidelium circumstantium*, in quibus Concilia (ut patet) in numero plurali loquuntur. Ergo, &c.

2. Sed in tali casu sufficere unum testem, docet Sancius in *select. disp.* 44. n. 35. qui citat pro hac sententia Raynaudum, & Grassum; & quidem Felinus in *conveniensi* el. 1. n. 8. *de testib.* tenet standum fore dicto unius testis, ubi non agitur de prejudicio alterius, modò juret. Sed jurare in nostro casu necessarium non est, quia maximè impium esset mentiri. Nec oportebit testem esse Christianum, aut infidelem, aut hæreticum, de his enim præsumi non potest affirmare quod falsum est, ut fiat Sacramentum, præsumendum tamen esset è contra, non testaturos signa penitentia esse tradita, ne ministraretur Sacramentum verum; adhuc in eo eventu, puto Sacramentum ministrandum sub conditione, scilicet, si verum est,

Tom. I.

te signa penitentia ostendisse; absolvo te à peccatis. Et hæc omnia Sancius, & ante illum Zambranus de *Sacram. tempore mortis* cap. 4. dub. 2. & Reginaldus in *praxi* tom. 1. lib. 8. c. 3. n. 8. Sed potnam hic aliud dubium.

RESOL. LX.

An quem paulo ante in periculo mortis Confessarius audierat, & non absolverat, si postea superveniens invenit adhuc vivum, sed amisisse sensum, possit illum absolvere? Ex p. 3. tr. 3. Ref. 6.

§. 1. Affirmativè respondet Joannes Chapeavilla *tr. de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis* c. 3. q. 13. Zambranus de *cas. tempore mortis* c. 4. dub. 2. *sect.* 7. n. 41. dummodò non constet talem voluntatem penitendi mutasse; quia ponitur dispositio sufficiens ad suscipiendam absolutionem, & reperitur confessio non tantum in genere, sed etiam in specie. Ergo, &c.

2. Nec valet dicere, quod potest contingere infirmum penitentem interim mutasse voluntatem confitendi; nam respondeo cum Chapeavilla *ubi supr. à quest.* 1. 2. quòd ferè impossibile est, ut quis existens in articulo mortis, & desiderans confiteri, mutet ita citò voluntatem. Secundò circumstantes, qui fuerunt, possunt testificari; an viderint signa mutationis voluntatis illius. Et tertio, quia idem inconveniens potest sæpius contingere in matrimonio contracto per procuratorem; quod tamen est in usu Ecclesiæ, & verum Sacramentum. Ergo, &c. Sed quartum dubium principale explicandum videtur; Unde quero.

RESOL. LXI.

An ad absolvendum moribundum sit sufficiens notitia mediata, que ex testibus mediatis proveniat?

Et an in prædicto casu, secusa omni attestazione testium, possit Sacerdos illum moribundum sensibus destitutum absolvere sub conditione?

Imò, an ad id teneatur? Ex p. 11. tr. 7. & Mil. 7. Ref. 31.

§. 1. Quod est querere, an possit Sacerdos absolvere moribundum, quando ij, qui testantur de voluntate, & petitione confessionis, non audierunt hoc ab ipso infirmo, sed de aliis, atque adeo non sunt testes immediati, sed mediati. Ratio dubitandi esse potest, quia in prædictis decretis videtur requiri testimonium eorum, qui ab infirmo audierant. Sic loquitur Concil. Carthag. IV. *can.* 67. supra adductum, ubi dicitur, *desit testimonium, qui eum audierat & accipiat penitentiam.*

2. Verùm his non obstantibus affirmativè sententia adherendum esse puto, quam tuetur Martinus de S. Joseph in *man. confess.* tom. 1. lib. 5. tr. 16. *de penit.* num. 7. ubi sic ait; Pero si los testigos de quien oyo el confessor las señales de penitencia no son los mismos, que las vieron en el enfermo, sino otros, que las oyeron afirmar à los primeros, aunque niegan graves Autores, que puede el confessor absolver al penitente con este testimonio incerto, es probable que quede ser absuelto debaxo de condition, porque basta el testimonio mediato para cosa tan grave, y de importancia, como absolver à uno en el articulo de la muerte, y al Sacramento non se le haze agravio con la condicion de la absolucion. Pruebalò Lugo *disp.* 17. num. 81. pruebase porque conditio nihil ponit in esse, & ideo actus conditio-

Y 3 nalis;

malis, non valet nisi existente conditione, l. si quis sub conditione, ff. si quis omnia causas, cedere diem, ff. de verb. signific. l. si quis fundum, ff. de contrahend. empr. l. ex pallo, ff. de hered. instituen. Ita Martinus, cui adde Leandrum de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 44. & ante omnes Cardinalem Lugo de Sacram. pen. disp. 17. sect. 5. n. 81. & ratio est, quia noticia mediata, noticia est, & quae sufficit ad alios effectus; in quibus major certitudo requiritur. Nam si de Baptismo alicujus parvuli, vel etiam adulti quaeratur, & non adsit, qui eum baptizavit, sed alius fide dignus, qui dicat se ab ipso audisse, quod eum baptizaverit, vel etiam per internuncium fide dignum id testatur, habebitur pro baptizato, quanto magis sufficit haec noticia ad absolvendum in eo periculo in quo absolutio prodesse potest, & non nocere? Unde in rituali Romano non alligatur ad testimonium immediatum, sed generaliter dicitur. Si confitendi desiderium per se, vel per alios ostenderit, absolvendus est. Ostendit autem per alios, qui per alios, mediata id manifestat, sicut Deus locutus dicitur populo suo per Prophetas, licet non omnes audierint immediate ipsos Prophetas, sed alios, quibus Prophetae immediate locuti fuerant. Ad quod etiam afferri potest exemplum confessionis, quae fit per interpretem: posset enim contingere, quod non sufficeret unus interpret, sed requirerentur duo, qui inter poenitentem, & Confessarium intercederent, v. g. si Graecus confiteretur cum Latino, & uteretur interprete Gallo, qui, & Graecum idioma intelligeret, & Gallicè explicaret, non Confessario, quia, nec Gallicam linguam intelligeret, sed Italo laico, qui rursus Italicè idem explicaret Confessario: tunc enim Confessarius contentus esset noticia accepta non ab eo, qui immediate à poenitente acceperat, sed ab alio qui mediata acceperat à poenitente. Cur ergo in casu nostro non posset simili noticia à poenitente accepta per duos intermedios quorum unus altero mediante eam notitiam accepisset? Hoc idem si in matrimonio accideret, crederem valere matrimonium, quod per duos interpretes fide dignos celebraretur, quorum alter alterum interpretaretur; quando ergo petitur in casu nostro testimonium alterius de voluntate confitendi, quam infirmus ostenderit, non petitur testis omni exceptione major, & juridicè legitimus qui de visu testificetur, sed testimonium juxta praesentem materiam, quae in nullius praesudicium, atque adeo tale, ut possit probabiliter credi rem, ita esse, quod confessionem petierit. Et haec omnia docet Lugo ubi supra.

3. Ex his sequitur quod si aliquis in via v. g. diceret Sacerdoti, se tunc intellexisse ab aliquo in tali domo extare infirmum in articulo mortis, petentem Confessarium, si ille Sacerdos petat illam domum, & inveniat moribundum sensibus destitutum, tunc quidem posse illum absolvere sub conditione stantia supradicta attestazione ei facta, & ita hanc sententiam tenet etiam Hermanus Busembaum in medulla Theol. mor. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 3. art. 2.

4. Sed si aliquis quaerat an in supradicto casu etiam seclusa omni attestazione testium, potuisset Sacerdos illum moribundum absolvere sub conditione; affirmativam sententiam tenet eruditus, & amicissimus Pater Laurentius Longus in tabulis Sacram. tab. 2. c. 28. n. 8. Ioannes de Soria in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disput. 6. §. circa articulum mortis. Remigius pract. confess. tract. 5. cap. 6. §. 11. num. 5. & novissimè Ioannes Pontius in Curs. Theolog. disp. 46. quest. 7. concl. 5. n. 95. ubi loquens de incidentibus in amentiam, & de iis, qui nullum antea dederunt signum contritionis, sic asserit; Quamvis posset conjici ex antea bona vi-

ta, quod si habuit tempus, habuerit etiam internam dispositionem; tamen illa conjectura non sufficit, nisi ad absolutionem conditionatam, qualis, si posset dari ipsi, posset etiam ei, qui ante sceleratè viveret: quia tales solent dolere de peccatis, & petere confessionem, quando sunt in periculo vitae, de quibus tamen non eodem modo quantum ad hoc discurrendum esse sentiunt Auctores, qui oppositum conclusionis tenent.

5. Quantum ad me autem attinet, non video, cur non possit dari utrique cum conditione, cum nihil mali sit in cōferenda tali absolutione, & non sit evidens, nec certum de fide, quod non possit prodesse.

6. Nec obstat, quia Concilia, & Pontifices in hoc casu semper addiderunt, absolutionem impendendam, modo testimonium ab aliis detur voluntatis praeteritae confitendi: ergo requiritur, quod ipse aliquando significaverit talem voluntatem.

7. Respondeo, eos loqui de absolutione absoluta, non conditionata; & propterea hoc argumentum valere de tali absolutione, non de conditionata, quidquid dicat Cardinalis de Lugo.

8. Dices cum Cardinali, hoc Sacramentum ex institutione sua esse indicium sensibile, ad quod requiritur accusatio sensibilis.

9. Respondeo, negando consequentiam, si loquatur de alia sensibili accusatione, sed de illa, quae potest ex signis sensibilibus conjici: accusatio autem poenitentis potest sic sensibiliter cognosci ex eo, quod soleant poenitentes cujuscunque conditionis in periculo mortis petere confessionem, cum possunt id facere; est enim verisimilius quod talis poenitens idem faciat internè, aut fecerit ante, ergo saltem sub conditione absolvi potest. Hucusque Pontius. Dicendum est igitur secundum mentem horum Doctorum, moribundum sensibus destitutum posse à Confessario sub conditione absolvi, quin addit peccare mortaliter, si id non faciat Martin. de San Joseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 16. de poen. n. 9. ubi sic ait; Pero la mas grave question es, si podrá absolver el confessor al poenitente destituido de sentidos, que ni confesò pecado alguno, ni diò señales de contrición; Es comun opinion de los Doctores, que no podrá absolverle, porque todos los decretos de los Pontifices, y Concilios, quando hablan de la absolucion de los enfermos sin sentido, dicen que podrán ser absueltos, es con condicion que ayan pedido confession con palabras, ò señales, y el Concil. Trid. sess. 14. c. 9. en ensa, que la confession es acto judicial, en que forzosamente ha de haver algun modo de acusacion; y quando demos, que el tal enfermo tuviessè atricion ò contrición interior, esta no es confession; señal de confession seria la contrición, ò atricion, significados con accion exterior y assi no basta la voluntad que pudo tener de confesarse, sino que la confession ha de ser actual; ò por señales, ò por llamar al confessor, con todo esto ay Autores graves, que afirman, que aun en este caso apretado, le deve absolver el confessor de baxo de condicion: si possum, & est capax absolutionis; y lo mismo han tenido hombres dotissimos, que no han eferito, porque todos dicen que en à quel punto, aun los hombres desalmados se cōvierten de ordinario, y le piden misericordia à Dios, pesandoles de sus ofensas. Y na die en duda se ha de presumir, que no se acuerda, y cuyda de su salvacion eterna, y que por lo menos en lo interior carezca de atricion, con que ayudado con el sacramento se salve. Et moriens nunquam praesumitur immemor salutis aeternae, l. fin. C. ad leg. Jul. repetundar. cap. sancimus l. 9. 7. A la verdad yo juzgo, que esta opinion es probable por principios extrinsecos, y en caso semejante pe-

Sup. hoc infra in Ref. 63. 64. & 65. & supra in Ref. 53 §. ult. & in tom. 4. tract. 3. Ref. 155. §. 1ra.

cará contra caridad el Sacerdote, que no absolvere al tal enfermo dexabo de la condicion dicha, por que no haziendo, como no se haze agravio al Sacramento, dexata, deponer los medios, & que puede para la salvacion del proximo en lance tan apretado. Ita Martinus de San Joseph.

10. Sed ego pro hac sententia in pluribus locis alios Doctores adduxi, & quid sentiam aperui, nunc vero sufficiat pro curiosis Doctores jam alibi adductis, Authores in hac resolutione citatos addidisse.

RESOL. LXII.

Quis non coram infirmo, sed statim in ejus absentia manifestavit Confessario illum petisse confessionem, vel signa contritionis ostendisse, queritur, an si Sacerdos illum vivum adhuc inveniat, possit sacramentaliter absolvere?

Et an adversus hoc non faciat Decretum Clem. VIII. editum die 20. Junij 1602. in quo damnatur tanquam falsa, temeraria, & scandalosa ista propositio: scilicet licere per literas, seu inter nuntium confessionem absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere?

Et notatur Clem. VIII. in supra dicto Decreto declarare supra dictam absolutionem non solum illicitam, sed etiam invalidam, & nullam esse. Ex part. 3. tract. 3. Ref. 7.

1. **A**ffirmativa sententia potest hoc argumento suaderi, quia in hoc casu, licet illa confessio sit facta absente Sacerdote per nuncium, tamen postea absolutio non datur in absentia, sed in presentia penitentis; ergo licita & valida erit. Et ita hanc opinionem tenent Henriquez lib. 5. cap. 2. n. 7. & Valentia tom. 4. disp. 7. q. 11. punct. 1. ubi sic asserit, quod ipsa confessio possit fieri per nuncium, aut literas Sacerdoti, dummodo ipse Sacerdos non nisi presentem postea absolvat, omnino est probabile; ut v.g. si ager aliquis absentem Sacerdotem per literas, aut per nuncium accersat, ac timens futurum, ut morbo postea oppressus, confiteri illi in presentia non possit per eandem literas, vel nuncium ipsi confiteatur, ut adveniens demum Sacerdos se quantumvis morbo aggravatum absolvat. Hæc Valentia, quæ omnia accidunt in casu nostro. Ergo, &c.

2. Nec adversus hanc doctrinam facit decretum Clementis VIII. editum die 20. Junij 1602. in quo damnatur tanquam falsa, temeraria, & scandalosa ista propositio, scilicet, licere per literas, inter nuntium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Nam respondent aliqui hanc propositionem non ita à Pontifice damnari, ut utrumque ejus membrum censura notetur, ac proinde supradictam declarationem volunt intelligendam esse in sensu copulativo, seu complexivo, non autem in sensu divisivo, fundatur hæc interpretatio in tribus. Primum in particula & quæ utrumque membrum conjungit, & parit sensum complexivum; nam si divisive loqui voluisset Pontifex, potius id explicasset per particulam vel. Secundò, quia Pontifex utitur signo demonstrativo singulari, dicens hanc propositionem, quod proprie denotat hypotheticam, damnari per modum unius. Tertio, quia inter Theologos tunc quando emanavit illud decretum, non erat quæstio de sensu divisivo, sed de complexivo tantum; ergo solum censendum est Pontificem declarare id, de quo erat controversia.

3. Et ita explicationem hujus decreti modo quo supra, esse probabilem putat Becanus de Sacramen-

ris, cap. 37. q. 8. nam contrariam vocat tantum tutiorem; unde sic explanant hoc decretum Filliucius in tom. 1. tract. 7. cap. 1. n. 20. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. disp. 37. n. 6. ubi sic asserit: [A la declaracion de Clement. VIII. se puede responder que alli ambas cosas juntas incluye confession y absolucion en ausencia; ya qui no las ay juntas, que està presente el Sacerdote, quando absolve, y mas que alli, no determina el Papa que la Confession echa en ausencia no es valida, sino solo dize que es illicita.] Ita ille. Et hoc ultimum, nempe Clementem VIII. in illo decreto non determinasse confessionem factam absente Sacerdote esse invalidam, sed illicitam, docet etiam Coninch in responsione contra Coquetium impugnantem absolutionem moribundi, num. 27. & 28.

4. Igitur ex supradictis videtur dicendum, posse Sacerdotem absolvere moribundum sensibus destitutum, si testes de signis ejus contritionis non coram infirmo testimonium ferant, dummodo Sacerdos postea, presente infirmo, illi sacramentalem absolutionem tribuat. Et hanc sententiam tenent Filliucius tom. 1. tract. 7. cap. 5. n. 122. Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. n. 10. Fernandez in ex. am. resol. mor. part. 3. c. 7. §. 6. n. 50. & Zambranus de casu tempore mortis, cap. 4. dub. 2. sect. 5. n. 31. qui asserit confessionem absente Sacerdote esse validam tempore mortis, quando aliter fieri non potest, non obstante decreto Clem. VIII. vide etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 7. cap. 3. n. 9. in fine. Possévinum de officio curati cap. 7. n. 88. Villalobos ubi supra, & alios.

5. Nec contra hanc sententiam abit D. Leo Epist. 89. ibi, testimonia ei fidelium circumstantium prodesse debent, ubi videtur docere testes in hoc casu in presentia infirmi testimonium ferre debere; nam aliquis posset respondere, Pontificem dixisse, quia id frequentius solet evenire, nempe ut Confessarius superveniat, ubi est moribundus cum aliis, qui postea illi testimonium ferant vocatum à moribundo Confessario, &c. Unde in Concilio Arausicano VII. cap. 12. & in Carthaginensi IV. cap. 76. dicitur absolute sufficere Confessario ad absolvendum sacramentaliter infirmum, si testes dent testimonium de voluntate ipsius; ergo, &c.

6. Hæc opinio videtur mihi probabilis, & novissimè, in terminis, ut asserunt, terminantibus iterum illam tenet Bonacina tom. 3. disp. 2. quæst. 3. punct. 33. num. 4. ubi asserit, posse absolvi penitentem, qui accersivit Confessarium per nuncium, & adveniens Confessario ita obmutuit, & ita sensibus destitutus est, ut nullum peccatum exprimere, aut doloris signum exhibere possit, nullusque tunc adsit, qui petitionis confessionis fidem faciat, & ita Romæ sensisse multos DD. testatur. Et ita sentiunt multi viri docti Societatis Jesu; & nostræ Religionis.

7. Sed negativam sententiam ego teneo; quia puto esse de necessitate sacramentalis Confessionis, ut efficiatur in presentia Sacerdotis; ut tenent fere omnes Doctores ex Dominicanorum familia, & Societate Jesu locis citatis, & illi quos ad satietatem adducit Franciscus Avila in dissertatione de confessione per literas cap. 2. per totam. Confessio enim est actus personalis, ut & absolutio; ergo sicut Confessarius non potest absolvere in absentia, ita & penitens non potest confiteri nisi illo presente; unde Clemens VIII. quidquid asserat Villalobos & Filliucius ubi supra, in illo decreto, non solum damnavit absolutionem absente penitente, sed confessionem absente Confessario; & ita verba illa Clementis accipienda esse in sensu divisivo, & non complexivo docet Seraphinus Freitas in addit. ad tract. de confess. sollicit. quæst. 13. n. 31. Alphonsus de Leone tract. de offic. & potest.

Sup. hoc lege Ref. & §. annor. pt. ex-teritarum hujus Ref.